Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

suum ad areolam aromatis. quem
ipse plantavit et excoluit. quem virtutum
germinibus conseruit. quem sua gratia il
lustravit. quem muro sue custodie
ab incursu malignorum spirituum defen
dit. Et bene descendisse dicitur in ortum
suum. nam in orto sepeliri voluit.
et primo marie magdalene in orto ap
paruit. ibique ecclesiam in primitias
ecclesie consecravit. Descendisse dicitur
quasi de supernis et celestibus sedibus
ecclie in ortum quem humili loco plan
tavit. Sed ad hoc ipse descendit in corpore
ut post eum etiam eius ad ipsum ascen
dat. Unde in sequentibus de orto vel ecclesia
sua dicit. Que est ista que ascendit
per desertum. Ad areolam inquit aroma
tis. Per areolam anima cuiusque fidelis
intelligitur. que disciplina celesti excul
ta et diligenter composita ac laterum
parilitate exequata est. Ut pascatur
inquit in ortis. id est ut piis sanctorum
laboribus delectetur. Ipse enim bo
nis nostris pascitur. in tantum ut in
nostra paupertate reficiatur. Et lilia igitur
colligat. hoc est ut sanctas animas vir
tutis maturitate ad perfectum cando
rem perducens. de hoc mundo ad se col
ligat. et secum in eterna beatitudine gau
dere faciat. Lilia enim sunt sancte anime
virtutum studiis et bonis operibus
candidate. Ego dilecto meo et
dilectus meus michi qui pascitur inter lilia.
Ego dilecto meo reddo gratiam
man passionem suo. et dilectus meus michi sub

audiat gratiam protectionis vel premium eter
ne remunerationis prebuit. Que ego
dilecto meo in me ipsa passionem paro imitatione
dilectus meus michi. quia ipse in me habitat
et me in se habitare facit. sic ipse rem
dicit. Ego in vobis et vos in me. Pul
chra es amica mea suavis et decora
sicut ierusalem. Querebat ecclesia sponsum
tamquam absentem. sed ille semper presen
se nunc ostendit. eique de se loquenti. seque
desideranti semper adesse demonstraret. toto
[illegible]. Pulchra es amica mea sua
vis et decora sicut ierusalem. Pulchra es que
maculam et rugam peccati non habes
sed omni virtute et nitore [illegible]. Ami
ca mea etiam vel anima quoque fidelis
suavis et decora sicut ierusalem. Ierusalem quod que
visio pacis interpretatur. illam super
nam civitatem designat in qua est
vera pax et felicitas. quia sicut ibi gau
dent sancti de munere. ut non sit quod dole
ant de corruptione. Ergo etiam que
adhuc in terris est vel anima fidelis
queque ad similitudinem illius urbis sua
vis est et decora. quia illam pacem in
quantum potest imitatur. Sequitur. Ter
ribilis ut castrorum acies ordinata.
Terribilis est etiam malignis spiriti
bus. et est ordinata sicut castrorum
acies. cum videlicet unusquisque fidelis
ordinem suum et vocationem suam
recte custodit. Tres enim sunt ordines
ecclesie. doctorum. continentium. et coniu
gatorum. Que species in tribus viris
illis demonstrata est. Noe. Danyel et